Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uirtutem largiris ⁊ premia. Per christum dominum
nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant angeli.
Adorant dominationes. Tremunt potestates. Celi
celorumq; uirtutes ac beata seraphin socia exultatio
ne concelebrant. Cum quibus ⁊ nostras uoces ut
admitti iubeas deprecamur supplici confessione di
centes. Sanctus Prefatio un. xl. feriaiter
Per omnia secula seculorum. Amen. Dominus uobis
cum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad do
minum. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum ⁊ iustum est.
Vere dignum et iustum est equum ⁊ salutare.
Nos tibi semper ⁊ ubique gratias agere domine sancte
pater omnipotens eterne deus. Qui corporali ieiu
nio uitia comprimis. mentem eleuas. uirtutem lar
giris et premia. Per xpm dominum nostrum. Per quem
maiestatem tuam laudant angeli. Adorant dominationes.
Tremunt potestates. Celi celorumq; uirtutes ac beata seraphin socia exultatione concelebrant.
Cum quibus ⁊ nostras uoces ut admitti iubeas deprecamur
supplici confessione dicentes. Sanctus Prefatio
Per omnia secula In passione do. sollepr.